



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 49. Inutiles conatus Parisinæ Universitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. get. Ita quæ tuemur legibus, per leges a-
A. C. 1614. mittimus; qui cibus ingurgitatus, decessit
 alimento; adeo moderatione valemus: certe
 melius consuleretur Gallicæ, penuria legum,
 quæ eo facilius observarentur, quo ple-
 nius innotescerent. Legum molle obruitur
 populus, anxioque in valentes, aut abro-
 gatas iudicio, abdicat omnes; ut legibus
 laborare dici possit, perinde ac malis.
 Hæc ille.

§. XLIX.

*Inutiles conatus Parisinæ Univer-
 sitatis.*

*Calmet l. c.
 Argentre
 tom. 2. Col-
 lect. jud,
 pag. 94.*

Universitatem Parisinam a comitiis
 fuisse exclusam, jam supra memi-
 nimus, nihilominus tamen quædam Fa-
 cultates, præcipue Artium, suas que-
 relas congregatis Ordinibus exponere
 meditabantur, hancque in rem plures
 conficiebant libellos ad Ordinum comi-
 tia deferendos. Verum Facultas Theo-
 logica in Sorbonæ aula, habito con-
 ventu die decima septima Decembris,
 rebus utrinque mature ponderatis, cen-
 suit, quod quidem Facultati artium
 liberum esset, ut suo solo, non autem
 Universitatis nomine præfatos libellos
 porrigere valeat, illis tamen Facultas
 theologica minime subscriberet, nec
 ipsa pro se ejusmodi libellum confice-
 ret,

ret, eoquod satis ampla essent summorum Sæc. XVII.
 Pontificum privilegia, tot & tanta Regia A. C. 1614.
 diplomata, Sanctissima supremi Senatus De-
 creta, insuper & Statuta prudentissime
 Sanctissimeque sancita haberet Facultas.
 Quodque si aliquid deesset ad Ordinis Theo-
 logici splendorem, & privilegiorum con-
 servationem, deberet ipsa facultas Regiam
 adire Majestatem, quam semper propitiam
 & præsentissimam inveniet:

Nihilominus Solmonius Universita-
 tis Rector quibusdam Theologiæ Do-
 ctoribus, ac tribus aliis Facultatibus
 eidem suffragantibus plebei Ordinis De-
 putatos accessit, in lingua Gallica ex-
 ponens, quod Universitas, quæ alias
 ceteris omnibus eminuit, ac primoge-
 nita Regis Filia nominata est, nunc ad
 tam miseram redacta sit conditionem,
 ut quamvis in omnibus comitiis in Fran-
 cia celebratis gravaminum suorum li-
 bellos porrigere permiffa fuerit, nunc
 se exclusam doleat: his expositis Re-
 ctor hosce Deputatos rogabat, ut ipsi
 saltem Facultatium libellos, quos tum
 eis porrigebat, acceptare dignarentur.
 Verum Mironus Tertii Ordinis Præses
 eum ad Ecclesiasticorum Ordinem re-
 mittebat, quo eum pariter jam antea
 Mense Novembri Senatus edito decreto
 recurrere jusserat, eoquod Universitas
 hujus Corporis membrum esset. Atta-
 men

Sæc. XVII. men Ecclesiastici Ordinis Deputatis mul-
A. C. 1614. tum displicuit hæc Rectoris temeritas,
cum non ad ipsum, sed ad Clericorum
Ordinem spectaret, ejusmodi libellos
comitiis porrigere: Rector tamen in
quodam conventu apud Mathurinos die
quinta Decembris habito suum præle-
gebat libellum, in quo plurima pete-
bat, & de multis querebatur, quæ ta-
men omnia sexaginta articulis compre-
hensa a Facultatis Doctoribus fuere re-
jecta: Toties iterata repulsa tantopere
commoverat Rectorem, ut suum libel-
lum invitis etiam Facultatum Decanis
urgere decerneret: Igitur decima no-
na Januarii die, nonnisi octo Faculta-
tum membris eum comitantibus, Ec-
clesiasticorum Ordini suum offerebat li-
bellum, in quo præter alia speciatim
duo articuli his verbis concepti lege-
bantur: Rogamus Regiam Majestatem,
ut omnes Beneficiati, Ministri & Uni-
versitatis subditi, omnesque Ordinum
Superiores tam Regulares quam Laici
jurato profiteantur. I. Quod Rex in
suo Regno & temporalibus Dominus
sit independens, & nec ipse exauctorari,
nec ejus subditi ab obsequio solvi va-
lerent, sed Regi suo debitam semper o-
bedientiam profiterentur, atque spon-
derent, quod hanc subjectionem tam
publice quam privatim observare, præ-
dica-

dicare & docere velint. II. A quibusdam Theologiæ Doctoribus a Rege feligendis conficiatur Index librorum prohibitorum. Cum autem Rectoris petita a Sorbonæ Doctoribus fuissent rejecta, hinc pariter Ecclesiasticus Ordo nullum ad ejus postulata responsum dedit, sed duntaxat libellis, quos Regi porrexe- rat, articulum inseruit, circa ea, in quibus Rector emendationem Universita- tis petebat.

Sæc. XVII.
A. C. 1614.

§. L.

*Pontificis literæ ad Ecclesiasticorum
& Nobilium Ordines.*

Obstiterant, ut memoravimus, in hisce comitiis vehementissime Nobiles atque Ecclesiastici, ne Tertii Ordinis propositio prævaleret; una omnes enim sibi persuasissimum habebant, quod, nisi Religionis Sanctitas, Divinæ, Eccle- siasticæ & politicæ vindictæ timor, Sa- cratæ Majestatis reverentia, & patriæ amor sceleratos aut fanaticos a nefando parricidii scelere cohibeant, nimium in- efficacem remedium quæreretur in abro- gata quadam Pontificiæ jurisdictionis parte, præcipue cum tertii Ordinis O- ratores nullum, qui omnino ex Impe- ratoribus, Regibus, vel Principibus a Papa exauctoratus dicitur, ostendere potue-

*Calmet Hist.
Univ. l. 151.*